

in Olsna primo et pre omnibus percipiat et recipiat singulis annis de predictis^f redditibus quinquaginta marcas, de quibus quinquaginta marchis cuilibet fratri^g sacerdoti dicte^h ecclesie^h due marche, cuilibet fratri layco servienti unaⁱ marchaⁱ pro usu et comparacione necessariorum suorum, sex vero clericis secularibus ibidem, ut premittitur^j, servantibus cuilibet eorum una sexagena grossorum monete^k supradicte^k et una tunica, et pro communi pietan(tia) fratrum et clericorum predictorum viginti marche singulis annis perpetuis temporibus absque contradictione in festo sancti Martini infallbiliter^l exsolvantur, et quod residuum predictorum reddituum et fructuum ac obvenciones et utilitates de predictis bonis provenientes, quocumque nomine, causa vel racione censeantur, ad manus predicte domus^m preceptoris perveniant pro utilitate domus nostreⁿ predicte et necessariis fratribus domus^o eiusdem^o benigne ministrandis^p. Nos igitur super premissis ordinacione, constitucione et incorporacione habito et^q deliberato^q consilio cum^r fratribus nobis assistentibus domus eiusdem, considerantes nostram religionem exinde laudabiliter augmentari^s, de nostra certa scientia et speciali gracia auctoritate presencium predictam constitucionem, ordinacionem et incorporacionem per^t vos legitime factam^t confirmamus, ratificamus et approbamus, decernentes eam perpetuo valituram, mandantes omnibus^u et singulis fratribus domus nostre quocumque^v auctoritate, dignitate vel officio fulgentibus, presentibus et futuris^v, ne contra hanc nostram confirmationem, ratificationem et approbacionem dictarum constitucionis, ordinacionis et incorporacionis aliquatenus venire presumant, quiny^w sub virtute sancte obediencie eam studeant iuxta eius mentem et seriem inviolabiliter observare. Inhibentes districtius vobis priori et preceptori dicte domus nostre necnon vestris successoribus sub virtute sancte obediencie predicta, ne pretextu confirmationis, ratificacionis et approbacionis et graciae nostre huiusmodi vobis facte aliqua de bonis, rebus aut iuribus dicte domui, ut premittitur, incorporatis detis, vendatis, obligetis, impignoretis, distrahatis, alienetis, permutetis seu in emphiteosim perpetuam concedatis vel quocumque alio colore quesito extra nostram religionem transferatis sine nostra speciali licencia et mandato. Et si, quod absit,

f') eisdem AOM g') *fehlt* AOM h') *fehlt* AOM i') unam marcam AOM
j') predictur AOM k') *fehlt* AOM l') *fehlt* AOM m') predicte domus]
predicti AOM n') *fehlt* AOM o') *fehlt* AOM p') administrandis
AOM q') *fehlt* AOM r') una cum AOM s') augmentare *irrig Doc.*
r'-t') *fehlt* AOM u') universis AOM v'-v') quocumque – futuris] etcetera
AOM w'-w') quiny – valoris *fehlt* AOM